

Maríæ semper Vírginis collaudáre, benedícere et prædicáre. Quæ et Unigénitum tuum Sancti Spíritus obumbratióne concépit: et, virginitátis glória permanénte, lumen ætérnum mundo effúdit, Iesum Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Coeli coelorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas, deprecámur, súpplíci confessióne dicétes: Sanctus.

### Communió

Beáta viscera Maríæ Vírginis, quæportavérunt ætérni Patrís Fílium.

1. Eructávit cor meum verbum bonum, di co ego ópera mea regi.
2. Fíliæ regum in pretiósís tuis; ástitit regína a dextris tuis ornáta auro ex Ophir.
3. Audi, fíli a, et vide et inclína aurem tu am et obliviscere pópulum tuum et domum patris tui.
4. Et concupíscet rex spéciem tuam. Quóniam ipse est dóminus tuus, et adóra eum.

### Postcommunió

Sumptis, Dómine, salútis nostræ subsidiis: da, quaesumus, beátæ Maríæ semper Vírginis patrocíniis nos ubíque prótegi; in cuius veneratióne hæc tuæ obtúlimus maiestáti.

Švenčiausiosios visuomet Mergelės Marijos pagerbime šlovintume, garbintume ir skelbtume. Ji pradėjo Tavo Vienatinį Šventosios Dvasios apgaubta ir, išlikus mergystės garbei, išliejo pasauliui amžinąją šviesą – Jėzų Kristų, mūsų Viešpatį. Per jį Tavo didybę šlovina angelai, garbina viešpatystės, nuo jos dreba jėgos, ją kartu džiūgaudami aukština dangaus skliautai ir jų galybės bei šventieji serafinai. Meldžiame, kad su jais teiktumeisi priimti ir mūsų balsus, nuolankiai išpažindami ir sakydami: Šventas.

### KOMUNIJA


Šventos yra Mergelės Marijos įščios, kurios nešiojo amžinojo Tėvo Sūnų.

1. Širdis man tvinsta kilniais žodžiais, – kai dedu šias eiles karaliui.
2. Karalių dukterys yra tarp tavo mylimųjų, tavo sosto dešinėje stovi karalienė, papuošta auksu Ofyro.
3. Klausykis, dukra, įsiklausyk ir įsidėmėk – užmiršk savo tautą ir tėvo namus.
4. Karalius trošk tavo grožio, nes jis yra tavo viešpats, – jį turi garbinti.

### POSTKOMUNIJA

Gavę pagalbą išganymui, Viešpatie, meldžiame Tave, kad visur mus globotų šv. Marija, visuomet mergelė, kurią pagerbdami atnašavome šią auką Tavo Didybei.

## Proprium Missæ S. NOMINIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS ŠV. MERGELĖS MARIJOS VARDAS



### Introitus

**Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: adducantur Regi Virgines post eam: proxima eius adducantur tibi in lætitia et exsultatione.**

*Ps. Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. (Ps 44:13; 44:15; 44:16; Ps 44:2)*

### Collecta

**Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut fideles tui, qui sub sanctissimæ Virginitatis Maríæ Nómine et protectiône lætantur; eius pia intercessiône a cunctis malis liberentur in terris, et ad gaudia æterna pervenire mereantur in coelis.**

### Epistola

*Lectio libri Sapiéntiæ. (Eccli 24:23-31)*

**Ego quasi vitis fructificávi suavitétem odóris: et flores mei fructus honóris et honestátis. Ego mater pulchræ dilectiónis**

### INTROITAS

Tavo palankumo ieško visi tautos galingieji. Atvedamos pas Karalių mergaitės, jos palydovės. Jų draugės atvedamos tau kupinos džiaugsmo.

*Ps. Širdis man tvinsta kilniais žodžiais: kai dedu šias eiles Karaliui. (Ps 44:13; 44:15; 44:16, Ps 44:2)*

### KOLEKTA

Suteik, visagalis Dieve, kad tavo tikintieji, džiaugdami švč. Mergelės Marijos Vardu ir apsauga, josios užtarimu būtų laisvi žemėje nuo visų negerovių ir taptų verti pasiekti amžinąjį džiaugsmą danguje.

### EPISTOLĖ

*Skaitinys iš Siracido knygos (Sir 24:23-31)*

Aš esu tarsi vynuodis, dailiai skleidžiąs savo šakas; iš mano žiedų išauga puikūs ir gausūs vaisiai. Aš – taurios meilės,



et timóris et agnitiónis et sanctæ spei. In me grátia omnis viæ et veritátis: in me omnis spes vitæ et virtútis. Transíte ad me, omnes qui concupíscitis me, et a generatióibus meis implémini. Spíritus enim meus super mel dulcis, et heréditas mea super mel et favum. Memória mea in generatiónes sæculórum. Qui edunt me, adhuc esúriunt: et qui bibunt me, adhuc sítiunt. Qui audit me, non confundétur: et qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcidant me, vitam ætérnam habébunt.

## Graduale

**Benedícta et venerábilis es, Virgo María: quæ sine tactu pudóris invénia es Mater Salvatóris.**

*V. Virgo, Dei Génatrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit víscera factus homo.*

## Alleluia

Alleluia, alleluia.

**Post partum, Virgo, invioláta perímansisti: Dei Génatrix, intercéde pro nobis. Alleluia.**

## Evangelium

*Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam. (Luc 1:26-38)*

**In illo témpore: Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilaeæ, cui nomen Názaireth, ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, et nomen Vírginis María. Et ingræssus Angelus ad eam, dixit: Ave, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Quæ cum audísset, turbáta est in sermóne eius: et cogitábat, qualis esset ista salutátio. Et ait Angelus ei: Ne tímeas, María, invenísti**

Dievo baimés, pažinimo ir šventos vilties motina. Manyje yra visa kelio ir tiesos malonė; manyje visa gyvenimo ir dorybės viltis. Ateikite pas mane visi, kurie manęs trokštate, ir pasisotinkite mano vaisiais. Juk mane prisiminti saldžiau už medų, mane gauti mieliau už medaus korį; esu minima iš vienos amžių kartos į kitą. Kas mane valgo, dar alkis; kas mane geria, dar daugiau norės. Kas manęs klauso, neturės gėdytis, kas manimi seka, nenusidės; kas skleidžia mano šviesą, gyvens amžinai.

## GRADUALAS

Palaiminta ir garbing esi, Mergele Marija, nes nepraradusi mergystės, tapai Išganytojo Motina.

*V. Mergele, Dievo Motina, tas, kurio neapima visas pasaulis, tapes žmogumi, užsidarė tavo įščiose.*

## ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

Pagimdžiusi pasilikai nepaliesta mergele. Dievo Motina, užtark mus! Aleliuja.

## EVANGELIJA

*Šventosios Evangelijos pagal Luką tęsinys. (Lk 1:26-38)*

Anuo metu, angelas Gabrielius buvo Dievo pasiųstas į Galilėjos miestą, kuris vadinasi Nazaretas, pas mergele, sužadėtą su vyru, vardu Juozapas, iš Dovydo namų; o mergelės vardas buvo Marija. Atėjęs pas ją, angelas tarė: „Sveika, malonėmis apdovanotoji! Viešpats su tavimi!“ Išgirdusi šiuos žodžius, ji sumišo ir galvojo sau, ką reikia toks sveikinimas. O angelas jai

**enim grátiam apud Deum: ecce, concípies in útero et páries fílium, et vocábis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David, patris eius: et regnábít in domo Iacob in ætérnum, et regni eius non erit finis. Dixit autem María ad Angelum: Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus, dixit ei: Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce, Elisabeth, cognáta tua, et ipsa concépit fílium in senectúte sua: et hic mensis sextus est illi, quæ vocátur stérilis: quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María: Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum.**

## Offertorium

**Ave, María, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui. (Luc 1:28; 1:42)**

## Secreta

**Tua, Dómine, propitiatióne, et beatæ Mariæ semper Vírginis intercessióne, ad perpétuam atque præséntem hæc oblátio nobis proficiat prosperitátem et pacem.**

## Præfatio de beata María Virgine

**Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Et te in Festivitate beatæ**

tarė: „Nebijok, Marija, tu radai malonę pas Dievą! Štai tu pradėsi įščiose ir pagimdysi sūnų, kurį pavadinsi Jėzumi. Jisai bus didis ir vadinsis Aukščiausiojo Sūnus. Viešpats Dievas duos jam jo tėvo Dovydo sostą; jis viešpataus Jokūbo namuose per amžius, ir jo viešpatavimui nebus galo“. Marija paklausė angelą: „Kaip tai įvyks, jeigu aš nepažįstu vyro?“ Angelas jai atsakė: „Šventoji Dvasia nužengs ant tavęs, ir Aukščiausiojo galybė pridengs tavo savo šešėliu; todėl ir tavo kūdikis bus šventas ir vadinamas Dievo Sūnumi. Antai tavoji giminaitė Elzbieta pradėjo sūnų senatvėje, ir šis mėnuo yra šeštas tai, kuri buvo laikoma nevaisinga, nes Dievui nėra negalimų dalykų“. Tada Marija atsakė: „Štai aš Viešpaties tarnaitė, tebūna man, kaip tu pasakei“.

## OFERTORIUMAS

Sveika, Marija, malonės pilnoji, Viešpats su tavimi. Tu palaiminta tarp moterų ir palaimintas tavo įščių vaisius. (Lk 1:28; 1:42)

## SEKRETA

Tavo, Viešpatie, palankumu ir šv. Marijos, visuomet mergelės užtarimu, tesuteikia mums šioji auka dabar ir amžinybėje gerovę bei taiką.

## ŠVČ. MERGELĖS MARIJOS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, kad mes Tau visuomet ir visur dėkotume, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve, ir Tave